Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift

et temptauerunt deum in naquoso.
Et dedit eis petitionem ipsorum: et misit
saturitatem in animas eorum. Et irrita
uerunt moysen in castris: aaron sanc
ti dni. Aperta est terra et deglutiuit da
than: et operuit sup congregacionem abi
ron. Et exarsit ignis in synagoga eorum
flamma combussit peccatores. Et fe
cerunt uitulum in oreb: et adorauerunt
sculptile. Et mutauerunt gloriam suam
in similitudinem uituli comedentis fenum.
Obliti sunt deum qui saluauit eos: qui
fecit magnalia in egipto. mirabilia in
terra cham: terribilia in mari rubro.
Et dixit ut disperderet eos: si non moyses
electus eius stetisset in confractione in con
spectu eius. Vt auerteret iram eius ne
disperderet eos: et pruchilo habuerunt
terram desiderabilem. Non credderunt